

Cr. 17. num. 16.

188 Q. D. B. V.  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM IVRIDICAM 23

6

DE

J V R E  
DEGRADATIONIS  
CANONICAE  
EIVSQUE VSV  
IN TERRIS PROTESTANTIVM  
OCCASIONE

Cap. II. de Poenis in VI.

PRAESIDE

D. IO. GODOFR. KRAVSIO, IC<sup>TO</sup>  
INSTIT. IMPER. P. P. SCABIN. ET FAC. IVR. WITT.  
IVDICII ITEM PROVINC. INFER. LVSAT.  
ASSESSORE

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
AC PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE CAPESSENDI

AD DIEM XXVIII. MARTII M DCC XXVII

IN AUDITORIO MAIORI

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSERV

PUBLICAE CENSURAE SUBIICIT

JOHANNES CHRISTIANVS Stahlkopff

ADVOC. IMMATICVL.

WITTENBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.



DISTRIBUTIONI LIBRARIAE IMPERIALEM INVENTICAM

DE

I V R E  
DEGRADATIONIS  
CANONICAR

IN TERRIS CHRISTIANIS

LIBRARY OF THE  
COLLEGE OF ST. JAMES

AC PRIVILEGIA DOCTORALIA  
PRO LICENZIA

AD DIIS XXVII MARII M DCXXVII  
IN AUDITORIO MAIORI  
HOC EST AURE ET POST TRIBUNUM  
PRAESES ET DILECTUS ET CAVENS  
AD ALIAS IMAGINAS

JOHANNES CHRISTIANUS GÖTTSCHE  
NATURAE PRAESES ET DILECTUS ET CAVENS  
AD ALIAS IMAGINAS

DFG



6

DE  
JVRE  
DEGRADATIONIS  
CANONICAE.

§. I.

**I**n priuilegiorum, juriuumque, numero, clericis quae passim, a Canonistis in primis, dari atque impertiri uidemus, ultimo illud loco non uidetur ponendum, quod de potestate ciuili omni prouersus eos eximit. In CAN. 31. CAVS. 2. Qv. 7. Pontifex laicos, uel fedrquentes solum Clericos, cum Asina Bileami, contra sui naturam uerba, more hominum, faciente, comparare non reformat, & in CAN. 41. CAVS. XI. Qv. 1. Princeps CONSTANTINVS propterea mirifice collaudatur, quod dicas contra Clericos scribi noluerat, accusationumque libellos igne cremari iussiferat. Commemorato etiam loco ausus Clerici, clericum in judicium rapturi seculare, non solum temerarius, & illicitus plane, sed & poena adeo dignus putatur, ut inferioris clericus ordinis uno minus de quadraginta ictibus caedendus, superioris uero ordinis quispiam in carcerem, per triginta dies, dandus, uel rei circumstantia fudente, alia etiam poena affligendus sit.

*Clericorum  
exemptio a  
potestate  
ciuili.*

A 2

§. II.

## §. II.

*Primitiuae  
Ecclesiae  
haec exem-  
tio fuit in-  
eognita.*

**E**quidem, si spatium praeteriti temporis respicimus, & Ecclesiae Christianae memoriam recordamur retro ultimam, inde usque repetentes, hanc non uideamus differentiam laicos inter & clericos exstitisse, nec liberos a potestate seculari eos reperimus, sed, sine distinctione omnes, suis in causis externis & publicis, dicto magistratus, ejusque pagani, duriter saepe, & nimium quantum in ipsos saeuientis, audientes fuisse, reprehendimus, cum politias non tollat euangelium, & anima omnis potestati sublimiori supereminentique debeat esse subjecta, adeo, ut eidem resistens, ordinatio diuinae refragari dicatur. R O M . XIII . v . i . Id quod Servator noster, JESVS CHRISTVS, ipse, summus Sacerdos, dum PILATO, laico, incompetentiam fori non obuertens, ipsius se judicio subjecit, ratum fixumque, pro temporis illius ratione ac statu, habuit. JOH . XIX . v . ii . & Apostolus PAVLVS, provocans ad Caesarem, ACTOR . XXV . v . io . suo exemplo comprobavit.

## §. III.

*Quando  
cooperit, &  
quibus ex  
causis?*

**T**empore uero latente contigit, ut pedetentim haec immutarentur. Ubi enim Principes ac Imperatores religioni Christianae nomen dare cooperant, nimio horum religionis feroare, aut, si maiis, superstitione, perfectum est, ut CONSTANTINI, MARCIANI, JVSTINIANI, reliquorumque tempore, clerici generatim uaria priuilegia, immunitatesque, maxime speciatimque liberationem a jurisdictione seculari, & oneribus publicis, e blandirentur, adeo, ut Episcopis jurisdictione

6

DEGRADATIONIS CANONICAE.

dictio in clericos, quae sub nomine *episcopalis audienciae* veniebat, de qua integrum titulum in Codice uidere licet, daretur. Conf. B. ZIEGLER, in *Dissert. de Juris-  
dici. & Judicio Episcopali*, quae legitur in TRACTATV  
*de Episcopis*, L.3. Cap.30. §. 34. seqq.

§. IV.

Haec clericis semel indulta libertas & potestas, subse- Majora in-  
quentium Imperatorum tempore, noua indies, at  
barbarie seculorum istorum, partim superstitutione iterum, &  
que majora, incrementa, partim superstitutione iterum, &  
Rationes  
dam ac mirifica liberalitate in clericos Imperantium, incremento-  
coepit, dum non solum multas immunitates, pecuniae-  
que summas pergrandes, sed & integras ditiones pro-  
uinciasque in illos transferebant. Qua potestate ac  
dignitate eminenti ipsorum animus itatur sit, tumuit-  
que, ut Principum Imperatorumque regimen ferre am-  
plius & pati, nollent Episcopi, Romani cum primis,  
adeoque intolerabili arrogantiae oestro perciti suos  
efferre dominatus super illud, omni studio atque ope-  
ra laborarent. Et quid? NICOLAI, Pontificis, Notatur  
Pontifex  
Nicolaus.  
superbia eo processit, ut, quanta hominis insolentia,  
quantumque fastidium! cum D E O se comparare  
non dubitaret, CAN. 7. DIST. 96. seque a nemine judi-  
cari posse, arbitraretur. Pertinent huc etiam, quae in  
CAP. 4. X. de Majorit. & obedientia, CAN. 37. CAVS. XI.  
Qv. i. it CAN. 8. cum seqq. DIST. 96. habentur, ubi pro  
miseranda habetur insania, si filius patrem, magistrum  
discipulus, Imperator, (quem Ecclesiae uocant non  
praesulem, sed filium Christi,) sacerdotes subjugare  
suaeque subjecere potestati conetur, cum tamen nosse

A 3

ipsum

ipsum oporteat, ab his non solum in terra, sed etiam  
in coelis, se posse ligari & solvi, praeterea honorem  
sublimitatemque Episcopalem nulli cedere, nullaque  
re posse exaequari, ne Regum quidem fulgore, aut  
Principum Diadematibus, utpote longe uilloribus, ut  
plumbi metallum ad auri fulgorem comparare uidea-  
tur, qui imperatoriam potestatem cum Episcopali con-  
ferre uelit, cum pateat, Regum colla pariter, ac Prin-  
cipum, genibus sacerdotum submitti.

## §. V.

*Jurisdictio ecclesiastica  
noluit extendi ad  
causas &  
poenas san-  
guinis.*

**Q**uamvis autem Clerus Romanus, omni in clericos  
potestate ad se rapta, seculari sese jurisdictione li-  
berauerit, hanc tamen, semel assertam licet, ad causas  
sanguinis protendi noluit. Ex Deciso enim CONCI-  
LII TOLETANI clericis, in facro ordine constitutis,  
non licuit sanguinis agere judicium, sub poena priua-  
tionis, honoris, atque loci, CAP. 5. X. ne Clerici, uel Mo-  
nachi. CAP. penulti. X. eod. Hinc, licet uel ex delegatio-  
ne Principis, uel alio jure, cognoscendi de crimine po-  
testatem haberent, tamen, quum de criminis poena  
quod plectendum erat capitali, cognoscendum esset,  
uel ad Principem remittere causam CAP. 4. X. de rapt.  
uel alicui laico demandare tenebantur, CAP. fin. ne cle-  
ri & Monachi, in 6to. quin imo, ne esse quidem in ejus-  
modi judiciis, in quibus causa sanguinis agebatur, nec  
literas pro sanguinis vindicta scribere, illis permitteba-  
tur, cum hoc officium, monente INNOCENTIO III.  
*Exemplum. in cap. 9. X. ne clerici aut monach. laicos deceat.* His ex  
principiis Tarentinus Episcopus duobus mensibus ab Epi-  
scopatu suspensus fuit, quod ultra modum jurisdictio-  
nis

6

DEGRADATIONIS CANONICAE. 7

nis suae mulierem crudeliter caedendam curauerat,  
CAP. 2. X. de Cler. percuss.

§. VI.

**A**tque hac ex causa Jus Canonicum, ejusdemque au- *Jus Cano-*  
tores, Pontifices, perraro poenam statuunt cor- *nicum raro*  
poralem, uid. CAP. 3. X. de crim. falsi, sed plerumque *poenas cor-*  
laicis excommunicationem, clericis autem suspensi- *porales falso*  
nem & remotionem decernunt, aut utrisque poeniten-  
tiam imponunt, juncta censura ecclesiastica, quae alias  
*ultimo canonica uocatur, CAP. fin. X. de clandest. despensi.* ut  
adeo his poenis minime raro contenti sint, quanquam  
in delictum perpetratum alio jure ultimi poena sup-  
plicii statuta. Hujus rei extat exemplum illustre in  
CAP. 2. X. de poenit. & remiss. ubi illi, qui Presbyterum  
occiderat, XII. annorum poenitentia fuit imposta, ita  
ut conuictus usque ad ultimum uitae tempus militiae  
eingulō careret, & sine spe conjugii maneret. Perti-  
net hoc etiam CAN. si Episcopus 7. DIST. 50. it. CAP.  
*iuiae discretionis 6. X. de poenis*, ubi legitur dispositum,  
quod, si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, capita-  
le commiserit crimen, aut chartam falsauerit, aut fal-  
sum dixerit testimonium, a munere gradu dejectus,  
in monasterium debeat detрудi, ibique, per omnem  
vitam, laicalem tantummodo communionem accipere  
debeat. Confer. CAP. unius. de poenis in Extravaag. com-  
verb. fin. ubi ob farraginem multorum delictorum, ca-  
pitis poenam merentium, aliud poenae genus dispo-  
sitionem legitur.

§. VII.

## §. VII.

*Degradatio  
curmuen-  
ta?*

**A**ccidit etiam, ut & a Clericis delicta ejusmodi committantur, quae non, nisi poena mortis, expiari possunt. Cum autem, per dicta superioris, ab Episcopis ac Clericis capitalis sententia nec ferri, nec dari executioni possit, DEGRADATIO a Canonistis inventa est; haec autem est, quando singuli clericatus characteres atque ornamenta clero delinquenti solemni ritu detrahuntur, ut tanquam laicus poenas luat, sive, ut dicitur in CAP. nouimus 27. X. de V. S. ut exutus privilegio clericali foro seculari, per consequentiam, applicetur. Noluerunt enim Canonistæ, seculari Magistrati quicquam juris antea in clericum competere, quam solenniter sacrorum gradibus depulsus, foroque ecclesiastico sit ejectus.

## §. VIII.

*Degradatio  
quid sit?*

**E**st itaque degradatio, ut supra diximus, & monente sic LANCELOTTO in Inslit. Jur. Can. Lib. I. Tit. 20. §. i. nihil aliud, quam de gradu dejectio, continens sub se perpetuam clericalis munieris ac priuilegii priuationem per sententiam, adjuncta reali actione & ceremoniis, per canones institutis, ita, ut ejusmodi sacrorum gradu remotus numero laicorum habeatur, ZOESIVS ad Decret. Lib. V. Tit. XXXVIII. n. 7. Ita degradatio proxime accedit ad exauctorationem ejus, qui militiae seruit sagatae, cui propter delictum nonnunquam tam ordo militaris, quam reliqua insignia, detrahuntur, uid.

*Quomodo a CAP. 2. de poenis in 6to. differt a nuda seu uerbali depo-  
sitione differat?*

quod

quod haec sine reali quadam actione per solam sententiam latam ejusque inseparabilem publicationem peragatur. D.N. DE BERGER ad Lancelotti Institut. Jur. Can. L. I. T. XX, ubi aliae differentiae annexuntur.

## §. IX.

**D**egradationem, ut hodie in usu est, eodem modo ab initio locum non habuisse, vel exinde probari potest, quod, ut infra erit monendum, illa consistit in tollendis insignibus ac uestimentis sacris, quibus distinguuntur clerici a laicis; At antiquitus clericorum uestitum haud distinctum fuisse a uestitu caeterorum hominum, sed solis moribus eos se se distinxisse, testis est SVLPITIUS SEVERVS Dialog. 2. C. 4. quod pariter confirmatur ex Epistola COELESTINI I, Episcopi Romani, quam scripsit ad Episcopos, in Viennensi, et Narbonensi prouincia constitutos. Reprehendit enim in cap. I. istos sacerdotes, qui superstitioso habitu cultui diuino inserviebant, discernendi, inquiens, a plebe, vel caeteris sumus doctrina, non ueste, conuersatione, non habitu, mentis puritate, non cultu etc. Apud antiquos etiam degradatione ac depositione eandem notari poemam, et ista uocabula ισοδυναμηθντα fuisse, usū vero sequentis temporis diuersum inualuisse, docet D.N. THOMASIVS ad Lancel. Instit. Iur. Can. Tu. de depositione, seu degradatione §. 2. n. 288. ex ZIEGlero ibid. allegato.

## §. X.

**A**ddicenda quidem jure meritoque degradatio ac de-  
positio clericorum, in se spectata, summae cuius degradatio  
in Republica potestati, cum ea cuius Imperanti relictā ac depositio  
cui compo-  
tates?

B

potestas,

*Cur Prin-  
cipi vindicanda?*

*Exempla.*

potestas , quae maxime rationibus reipublicae conducere uidetur , a quibus tanto minus jus circa sacra , et personas ecclesiasticas separandum , quanto magis impietate , omnium malorum scelerumque fonte , reipublicae atque imperia , quorum aquabilius atque constantius haec tenus sese res habere uisae sunt , tam labefactari ita , ut omnem non modo succum et sanguinem , sed etiam colorem et speciem pristinam amittant , quam etiam extingui et funditus deleri solent , cum tamen secundum AVGVSTINVM de Ciuitate Dei L. 5. C. 1. 4. existimandum , omnem fortunae felicitatisque fulgorem possum in eo unice atque defixum esse , si quidem Dei amans existat ciuitas , & a Deo ametur . Nec est propterea , quod factum HENRICI IV. Imperatoris , improbaretur , dum , clero Romani Imperii assistente , Papam GREGORIVM VII. dignitate sua papali priuaret , sententiam depositionis , referente LVNIGIO in Spicilegio Ecclesiast. Tom. I. p. 148. N. LVIII. a.o. 1680. sequentem in modum pronuncians :

HENRICUS , non usurpatue , sed pia DEI ordinatio-  
ne Rex , HIL DEBRANDO , non iam Apostolico , sed fal-  
so Monacho .

Hanc talem pro confusione tua salutationem promeruisse , qui nullum in Ecclesia ordinem praetermisisti , quem confusioneis , non honoris , maledictionis , non benedictionis participem non feceris . Ut enim de multis paucis egregia loquuntur : Rectores Sanctae Ecclesiae , uidelicet Archiepiscopos , Episcopos , uel Presbyteros , non modo tangere , sicut CHriſti Domini , non timuisti , quin sicut seruos , nescientes , quid faciat Dominus eorum , sub pedibus tuis calcasti . In quorum conculatione tibi favorem ab ore uulgi comparasti , quos omnes nil scire , te autem solum omnia nosse , judicasti . Qua utique scientia non ad aedi-  
ficationem

sificationem, sed ad destructionem uti studiisti: ut jure hoc beatum Gregorium, cuius nomen tibi uendicasti, de te credamus prophetasse sic dicentem: Ex affluentiis subjectorum plerunque animus Praelati extollitur; existimat se plus omnibus uosse, cum se uidet plus omnibus posse. Et nos quidem haec omnia sustinuimus, dum Apostolicae sedis honorem conseruare studiimus. Sed tu humilitatem nostram, timorem fore, intellexisti, ideoque in ipsam regiam potestatem, a DEO concessam, exsurgere non timuisti, quam te a Nobis auferre ausus es mirari, quasi nos a te regnum accepimus, quasi in tua, & non in DEI manu sit regnum & Imperium. Quia Dominus noster JESUS CHRISTUS nos ad regnum, te autem non vocavit ad sacerdotium. Tu enim his gradibus ascendisti, scilicet astutia, & fraude, quodque Monachica Professio abominatur, pecunia favorem, fauore ferrum, ferro sedem pacis adiisti, & de sede pacis pacem turbasti, dum subditos in Praelatos armasti, dum Episcopos nostros, a DEO vocatos, tu non uocatus spernendos docuisti; dum laicis ministerium eorum super sacerdotes usurpasti; ut ipsi deponant, uel condement, qui ipsos de manu Domini per impositionem manuum Episcoporum docendos acceperant. Me quoque, licee indiguis sim inter Christianos ad regnum uictus, tetigisti, quem sanctorum Patrum traditio soli DEO judicandum docuit; nec pro aliquo crimine, nisi a fide, quod absit, exorbitaverimus, deponendum asseruit. Ipse uero, quia verus Papa, beatus Petrus, clamat: DEUM timete, Regem honorificate; Tu autem, quia DEUM non times, me constitutum ejus inbonoras. Unde beatus Paulus, ubi Angelō de coelo, alia si praedicanerit, non pepercit, te quoque, in terris alia docentem, non exceptit. Ait enim: si quis uel ego, uel angelus e coelo, praeter id, quod euangelizauimus, uobis euangelizauerit, anathema sit. Tu igitur hoc anathemate & omnium Episcoporum nostrorum, & nostro iudicio damnatus, descende, vendicatam tibi sedem

*Apostolicam relinque; alius in solium beati Petri adscendat, quia nulla violentiam religione palliet, sed beati Petri sanam doctrinam doceat.*

*Ego HENRICVS Rex Dei gratia cum omnibus Episcopis nostris tibi dicimus: Descende, descende.*

Pertinet huc etiam Exemplum Imperatoris LUDOVICI IV. qui non solum Papae, JOHANNI XXII. Papalem dignitatem detrxxit, sed & cum in bannum Imperii ao. 1328. declarauit, cuius Decreti uerba LVNIG. in Spicil. Eccles. Tom. I. p. 182. N. XCIII. sistit.

Concilii  
saepissime  
sunt reli-  
ctae, praecip-  
tum in  
uitu Pon-  
tificum.  
Exempla

**H**ac uero potestate sua Imperatores minime saepe Ipsi sunt usi, sed plerumque in CONCILIIS hac de re actum, ac nomine Concilii Pontifices per decreta a dignitate sua fuerunt exclusi. Sic per decretum Synodi generalis Basileensis Papa EVGENIVS IV. Anno 1438. per decretum Synodi Constantiensis JOHANNES XXIII. BENEDICTVS XIII. et GREGORIVS XII. Anno 1415. a dignitate Papali fuerunt remoti, quorum decretorum uerba laudatus LVNIG. c. l. p. 279. sub N. CXLIV. p. 203. sub N. CIX. et p. 634. sub N. CCCLXXIV. recenset.

Depositiones  
Episcoporum  
Synodi pro-  
vincialibus  
adseribun-  
tur.  
an consen-  
sus Pon-

**D**epositiones Episcoporum ab initio, monente hoc PETRO de MARCA de Concord. sacerd. & imp. L. 7. per tot. decretae sunt a Synodis provincialibus, quibus deinceps reuisiones Imperatoriaie accesserunt. Postea uero sensim ad Episcoporum depositionem requiri consensus Pontificis Romani coepit, iis praesertim in casibus, qui

qui in loco vicino continebant, idque uel ideo fa-<sup>tificis re-</sup>  
ctum esse uidetur, ne res ad sedem Romanam confu-<sup>quiratur?</sup>  
giendo, ejusque auxilium implorando synodalem sen-  
tentiam aut irritam prorsus redderet, uel eius effe-  
ctum, ipsamque executionem suspenderet. Illud li-  
cet ab initio ex mera quadam superfluentique indul-  
gentia, nulla necessitatis telo cogente, fieret; Pontifi-  
ces tamen id deinde in necessitatem conuerterunt, sta-  
tuentes, neminem Episcoporum, quodcumque com-  
misit crimen, sine consensu Pontificis Romani, hu-  
jusque fine auctoritate, sacrorum gradu posse remoue-  
ri, sed ab ipso solo depositionem talem decernendam  
esse. Haec hypothesis, ut patrocinium haberet, non  
dubitauit INNOCENTIVS III. in CAP. 2. X. de Trans-  
lat. Episcop. afferere, depositionem, translationem, ac  
cessionem Episcoporum pertinere ipso jure diuino ad  
solam sedem Romanam. Non enim, inquit, humana, sed  
potius diuina potestate conjugium spirituale dissoluitur, cum  
per translationem, depositionem, aut cessionem, auctoritate  
Pontificis Romani, quem constat esse uicarium JESV CHRISTI,  
Episcopos ab ecclesia remouetur: & ideo tria hae, quae pao-  
mismus, non tam constitutione canonica, quam institutione di-  
uina, soli sunt Pontifici Romano reservata. Quas quidem  
rationes merito perstringit, atque refutat PETRVS de  
MARCA, c. l.

## §. XIV.

**R**eliquorum uero Clericorum, inferiorum cumpri-  
mis ordinum, depositio ac degradatio potestati  
EPISCOPI relata est, LANCELL. Inſt. Jur. Can. cui compe-  
tit. Tit. 20. §. 3. ENGEL ad DECRET. Tit. de poenis  
n. 12. FLEVRY Inſt. Jur. Ecclesiast. Part. III. cap. 19.

B 3

§. 4.

*Reliquorum  
clericorum  
depositio  
cui competit?*

*An Episco-  
pus debet  
esse cons-  
cratus?*

§. 4. Evidem hic merito disquiritur, utrum Episcopus, clericum remoturus, jam debeat esse consecratus, aut an sufficiat, si tantummodo sit confirmatus? Negat posterius, qua degradationem realem, ZOESIVS ad DECRET. Tit. de poenis, n. 8. partim, quod degradatio uerum requirat Episcopum, secundum textum in CAP. 2. de poenis in 610, nondum autem consecratus Episcopus, uerus Episcopus non sit, sed potius electus vocetur, partim, quod major potestas requiratur in auferendo, quam conferendo, ut, qui ordinem conferre non possit, eundem nec auferre ualeat, per ea, quae tradit ABBA in C. Transmissam 15. in fin. X. de elect. confer. ENGEL ad DECRET. Tit. de poenis, n. 13. ubi degradationem realem inter actus ordinis refert, qui nonnisi ab Episcopo, jam consecrato, suscipi possint.

### §. XV.

*An Episco-  
pus tantum  
confirmatus  
de causa de-  
positionis  
cognoscere,  
ac judicare  
posset.*

Alius sentiendum esse iudicat ZOESIVS d. l. n. 9. si quaestio moueat: num Episcopus, confirmatus quidem, nondum uero consecratus, secundum principia juris Canonici, de tali causa cognoscere, sententiamque de clero deponendo ferre posset? cum cognitione, & sententiae pronunciatio, non sit actus ordinis, sed jurisdictionis, quae Episcopo, confirmato tantum, licet non consecrato, passim tribuatur. At enim uero suspecta uidetur sententia, propterea, quod secundum CAP. 7. X. de foro comper. Episcopus, ne quidem de causis feudalibus, cognitionem instituere potest, nisi consecratus sit. Respondet ibidem CV JACIVS obstanti CAP. 15. X. de Elect. quod illis electo, & confirmato, nondum autem consecrato, Episcopo ple-

plenum juris dicundi officium, non quidem omnium, sed clericorum intuitu tantum, contumacium, & turpibus deditorum lucris, Laicorum in morem concedatur, simul asserens, ea, quae majoris esse disquisitio-  
nis uideantur, ante consecrationem ab Episcopo ex-  
pediri non posse.

## §. XVI.

**S**i quis uero clericus sacrorum gradu dejiciendus erat, *In quorum  
quorundam Episcoporum praesentia, & quidem in  
remouendo Episcopo duodecim, in Prefbytero sex, in Diacono deponendo trium, requirebatur, C. Si quis, 3.  
C. felix, 4. C. si autem C. avs. 15. Qv. 7. Qui numerus  
quondam tam accurate, tam religiose, seruabatur, ut, Exemplum.  
cum Amathuntis Episcopus ab Archiepiscopo, & un-  
decim Episcopis esset depositus, Patriarcha Constanti-  
nopolitanus, & qui cum eo erant, inuallidam, & nul-  
lius momenti, dicerent depositionem, tum, quod non  
uniuersa Cypriorum Ecclesiae Synodus, aut major  
saltē pars, cum facile congregari potuerit, coisset,  
tum, quod Archiepiscopus cum reliquis duodenarium  
numerum confecerit, quem pariter adimplere debuis-  
set, sua ipsius persona haut connumerata, uti refert  
THEODORVS BALSOMON ad Cap. 12. Concili Cartha-  
ginensis, confer. Fleischers Einleitung zum Geistlichen  
Recht p. 125. §. 78.*

## §. XVII.

**H**aec uero requisita demum a Papa ZEPHYRINO *Inminuta  
imminuta sunt in CAN. accusatores, i. Caus. III. Qu. 8. sunt post-  
ut tum demum duodecim Episcopi, ab ipso accusato modum hoc  
Episco-*

Episcopo eligendi, desiderentur, si necessum fuerit. Quam ob causam GREGORIVS M. Metropolitam Syracusarum una cum tribus tantum, aut quatuor Episcopis, ab ipso eligendis, ut de causa LVCILII Episcopi, cognoscerent, eumque deponerent, ablegauit, L. 7. Epib. 62. Multo etiam minus in causis, quae tantummodo Presbyteros, aliosque inferiores Clericos attinent, ea, quae antea monita sunt, tam accurate solent obseruari. CONCILIVM enim TRIDENTINVM Sess. 13. C. 4. statuta criminibus poena ut admaturaretur, sanciuit: Episcopum in remouendo solenniter Presbytero, uel alio clero, aliorum loco Episcoporum, tot Abbates insulatos, cruciatosque, uel alias personas, in dignitate constitutos ecclesiastica, aduocare posse. Quid? quod attinet Clericos minorum ordinum, depositionem a solo Episcopo, fine aliorum praesentia & assensu, recte fieri posse, docet ENGEL ad Decret. Tit. de poenis, n. 12.

### §: XVIII.

*In terris euangelico-  
rum cui uindicanda  
sit potestas  
remuendi  
aut degra-  
dandi cle-  
ricos.* In nostris, reliquorumque, qui Lutheranorum partes, rationemque credendi, sequuntur, terris, licet & Pontificis, & Episcoporum potestas auctoritasque amplus non agnoscatur, sed Principi territorii cuiusuis potestas circa sacra tribuatur, ex quo effici cogique potest, extendandam esse eam pariter in Clericos, tamen nihilsecius ecclesiastica jurisdictio, seculari alias opposita, in multis retinetur, atque in Consistoriis exercetur. Quae cum se ita habeant, dubium non est, quin Consistoriis omnis in clericos potestas competit, ab iisque remotiones Clericorum, aut his, quibus

bus id demandarunt, peragi possint, Vid. CARPZ. in  
*Jurisprud. Conf. L. 3. Tit. 10. def. no.* In Saxonia tamen, *In Saxonia*  
*fi Inspector, uel Superintendent ab officio remouen-*  
*dus, SERENISSIMI POTENTISSIMI QVE*  
**REGIS** atque **ELECTORIS** decretum  
 requiritur, uid. BEYERVS in *Additamentis ad CARPZO-*  
*vii Jurisprudentiam Ecclesiasticam L. 3. Def. 109. circa fin. sin*  
 uero Pastores deponendi, Consistoria inferiora, ante-  
 quam remotionem suscipiant, causam ad Consistorium  
 supremum, quatenus Senatus Ecclesiasticus illi cohae-  
 ret, deferre, ejusque decisionem expectare tenentur,  
 B. BEYERVS c. l. ubi hoc non uariis solum praejudicis  
 confirmatur, sed & ad translocationes haec regula ex-  
 tenditur.

*circa Super-  
intenden-  
tes peculia-  
re quid ob-  
sernatur?*

*etiam ra-  
tions Pasto-  
rum.*

### §. XIX.

Nec existimandum, Patrono quandam competere *Patrono*  
 potestatem, clericos & ministros ecclesiae ab offi-  
 cio remouendi, cum hoc sapere uideatur *haec pot-  
estas deneganda est.*  
 nem ecclesiasticam, qua Patronus, qua talis, destitui-  
 tur, CARPZO. d. l. Def. no. ibique B. BEYER in addi-  
 tam. nec, docente sic CARPZO d. l. L. 1. Def. 70.  
 Patronus a suggestu clerum prohibere potest, quia su-  
 spensionis species est, quin imo etiam, ne quidem, ut  
 circa formam sacrorum aliquid mutet, aut Pastori  
 praescribat, Patrono indulgetur, Vid. BEYER. c. l. Def.  
 69. & 70. In Marchia tamen obtinuerunt Patroni, ut *In Marchia*  
 Pastorem, quem constituerunt, remouere possint, uti  
 adest clara dispositio in ORD. CONSIST. MARCHI-  
 CA Tit. 10. §. fin. ibi: weil die Patronen und Collatores,

*aliud obti-  
net.*

C

welche

welche die Pfarrer zu uociren und zu praesentiren / auch wieder zu enturlauben / hergebracht haben / soll es darben nochmahls gelassen werden. Id quod in RECESSV PROVINC. MARCH. de ao. 1653. §. 3. ita restringitur , ut antecedente legitimo Procesu id obtineatur. Praeterea monet B. STRYKIVS ad BRVNNEM. *Jus Eccles.* L. II. C. VIII. §. 30. uerb. *jurisdictionem in personas ecclesiasticas*, quod , si delictum , propter quod remouendus Pastor , ipsum Patronum tangat , si injuriis forsan hunc affecerit , ipse causam dijudicare non possit , sed Processus coram Consistorio uentilari debeat , quam suam sententiam praejudicio confirmat. Idem jus , in remouendis personis ecclesiasticis , in Pomerania , Patronis competere , testatur STEPHANI de *Jure Patri.* P. I. Cap. 28. n. 4. STRYK. d. l.

## §. XX.

*In quibus delictis degradatio ac depositio locum habet, aliter jure Canonico, aliter moribus hodiernis, merito discernuntur. Jure Canonico non cum haec omnia delicta degradatione puniuntur, licet grauiora sint, & ita saepius comparata, ut, laicorum respectu, poenam promereri videantur capitalem, sed tria tantum hac poena digna existimantur, 1) crimen haereseos, CAP. ad abolendam 9. X. de haeret. 2) crimen falsi, ratione literarum Apostolicarum commissum, CAP. ad falsiorum 7. X. de criminis falsi, & denique 3) calumnia grauior, & contumelia atrocior, proprio illata Episcopo, CAN. si quis Sacerdotum 18. CAVS. XI. QV. 1. Hinc crimen Sodomiae, propter ejus turpitudinem, PIVS V. addit, cuius Bullae uerba citat NAVARR. in*

*Plura ad-  
jiciuntur.*

in *Summa C.* 17. n. 249. Adjiciunt porro homicidium qualificatum, ut patris, matris, sibolis, superioris, conjugis, collegae ejusdem monasterii, sine distinctione, siue gladio, aliquo instrumento, siue etiam ueneno id perpetratum sit, quin imo incantationem, **DELARIO** *Difquis. Magic. Lib. 5. Sect. 16. §. crimina autem, ZOESIVS ad Decret. Tit. de poenis, n. 13. ubi pag. 14. fuisse deducit, haec eo tantum in casu procedere, quando clericus delinquens incorrigibilis sit, proque tali per sententiam judicis habitus sit.*

### §. XXI.

**S**implex autem, & nuda uerbalis depositio, aliorum *Nuda ver-*  
etiam delictorum intuitu, eorumque grauiorum *halis depo-*  
locum habet. Huc jure Canonico in primis referuntur *sitio in qui-*  
*bus delictis* **CURIA** *de Simonia*, latrocinium, *CAP. obtineat?*  
*6. X. de poen.* Concubinatus, *CAP. 4. X. de cohab. cleric.*  
*conspiratio contra Episcopum*, *CAN. Conspirationum 22.*  
**CAPS. XI. Qu. I.** Blasphemia, *CAN. si quis*, 10. **CAPS.**  
*XXII. Qu. i.* Furtum, homicidium, *CAP. cum non ab homi-*  
*ne 10. X. de judic.* confer. *CANON. APOST. 5. 6. 7. 11. 14.*  
*17. 18. 19. 22. 24. 26. 27.* in quibus, & sequentibus plures  
approbantur causae. Add. *BARBOSA de officio Episcopi*,  
*P. 3. allegat. 110. n. 10.*

### §. XXII.

**N**ostris in terris, si certa poena delicto indetermina *Quando in*  
te legibus est statuta, clerici mitius, quam laici *terris no-*  
haud puniuntur, sin uero arbitrio judicis relicta est, *sis proce-*  
penes Consistorium est positum, utrum remotione, *dat?*

C 2 degra-

degradatione, translocatione, aliae poena, clericum puniri uelit, Vid. CONSTIT. ELECT. SAX. Augusti von beyden Consistoriis de ao. 1580. Rubrica, was vor Steffen das Consistorium und dessen Assessoren zu erkennen / und zu gebrauchen haben / ibi: Ob sich wohl ihr Erkäntnis auf Leib und Leben nicht erstrecket / als welches denen Gerichten der weltlichen Obrigkeit vorbehalten/ So sollen sie doch nichts dessoweniger zu Erhaltung Christlicher Zucht ciuiles poenias zu sprechen/ von Uns Gewalt und Macht haben. Tantum vero abest, ut remotionis ac depositionis causa ea dicatur, quum Clericus stuprauerit aliquam, quam tamen deinceps dicit in matrimonium, CARPZ. Jurispr. Consil. L. 3. def. 122. quia matrimonium uitium tollit antecedens, CAP. 6. X. qui filii sunt legitimi, quinimo, ne illum quidem remouendum esse judicamus, qui ab alio stupratam uxoris loco assumit, cum monente Pontifice CLEMENTE III. in CAP. 20. X. de sponsalibus bonum is opus agere uideatur, & tale quidem ex sententia Pontificia, quod peccatorum remissionem operetur. Et quid? nec homicidium semper eas inter causas, quae remotionem merentur, referendum, praesertim, si casuale istud, aut culposum sit, culpa forsitan leuissima commissum, CARPZ. Lib. 3. Def. 123. B. HORNIUS ad SCHILTERI Inst. Jur. Can. Lib. I. Tit. 19. §. II. uerb. homicidii casuialis.

### §. XXIII.

*Cause, & praecedente sufficienti causae cognitione decernenda est.* **C**aute uero, nec, nisi legitime seruato Processus modo, habitaque sufficienti accurataque causae cognitione, aduersus ecclesiae ministros, eo in capitale, procedendum, B. GEBHARD in loco de Ministerio eccles.



*eccles. §. 175. REINKING de regim. secul. et eccles. L. 3. Class.  
2. C. 2. n. 14. Continet enim, tradente sic B. CAR. Rationes.  
PROVIO L. 3. Def. III. n. 9. actus degradationis & depositionis maximum praejudicium, dum non solum existimatio personae remouendae maxime offenditur, sed & redditus, quibus cum familia sustentatur, auferuntur, quod ipse Apostolus PAULVS inculcat, i. ad Timoth. 5. n. 19. adursum Presbyterum, inquiens, noli accusationem recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus, ne plebis temeritate, vel potentiorum arbitrio absque legitima cause cognitione et examine minister uerbi diuini loco moueat, & in exilium ejiciatur. GERHARD. d. I. §. 175.*

## §. XXIV.

**V**olunt etiam Canonistae, ut praecedere debeat ad monitio, CAP. 46. & 48. X. de Sentent. excommun. qui textus licet de excommunicatione tantum loquuntur, ex identitate tamen rationis ad alias quoque poenarum uindictarum, potissimum ad depositiones ministrorum ecclesiae, applicari possunt, ad quas, monente CARPZ. Lib. I. Lit. 18. §. 2. eo minus properandum, propterea, quod non ministris ecclesiae tantum, sed & ipsis Parochianis perquam damnosae sunt, & scandalosae, depositiones ministrorum ecclesiae. Accedit, quod secundum CONCILIUM CARTHAGINENSE III. circa clericorum depositiones jam olim admonitio præcesserit, uid. CAN. 19. CAUS. XI. Qv. I.

## §. XXV.

**A**dmonitiones uero Canonicae fuerunt nihil aliud, quam correctiones amicae, ut alter uitiae naevos

C 3

emen-

*Admonitiones in quo consistant?*

*ores requi-*  
*runtur.*

*quale spa-*  
*tium sub se*  
*contineant?*

emendaret. Ipsiis praescripta legitur forma specialis in CAP. 9. X. de sententia excommun. in 6. trina enim, eaque certis distincta interuallis, uel unica etiam, peremptorie tamen facta, adhortatio, WAGNERECK. ad dict. CAP. 9. desiderabatur. Quo vero temporis spatio singula intervalla a se differre debeant, nec ipsi interminis, per 15. dies peragatur, COVARR. ad C. almanac. P. 1. §. 9. n. 5. Ita tantum, ut fieri debeant praesentibus testibus, uel ad instantiam partis, uel ex officio, expresso nomine ejus, qui admonendus est, dict. CAP. 9. de sentent. excommun. in 6to, COVARR. c. I. P. 1. §. 9. n. 4. seqq. WAGNERECK. ad cap. 48. X. de sentent. excomm.

## §. XXVI.

*Quid in*  
*terris no-*  
*stris obti-*  
*nent?*

Nostris in terris inter delicta, ab ecclesiae ministris commissa, distinguitur. Atrociora enim, ut homicidium, furtum, ueneficium, quo refert etiam B. BEYERUS in addit. ad CARPZ. L. 3. def. 112. haeresin & errorem doctrinae, Apostasiam tempore persecutionis, proditionem ecclesiae, usurariam prauitatem, & perjurium, &c. in ministris ecclesiae, nulla licet antecedat admonitio, pœna statim coercere possunt ordinaria, dummodo delinquens confessus & conuictus sit; in leuioribus uero, si nimirum quaestio tantum sit de prauis eorundem moribus, neglecto officio, aut uita dissoluta, gradus admonitionum adhibendi, nec statim

statim ad eorum remotionem descendendum; ideoque prius sui admonendi officii, qua monitione reiterata, si nulla spes emendationis appetat, tunc demum ad remotionem recurendum. Facit huc in Saxoniam *Probatur.*

ORDINATIO ECCLESIASTICA Tit. von Obern-  
Consistorio, Rubrica: Wie weit sich des Synodi Amt/  
Erkäntniß/ und Verordnung in Abschaffung und Verbesserung  
vorgefallener Mängel erstreckt? §. Nachdem aber  
nicht allein die fürgebrachten Mängel ungleich / da in  
etlichen die von Christo verordnete gradus admonitionis  
num nothwendig gehalten werden müssen / etliche aber /  
wenn besondere äußerliche/ grobe/ abscheuliche Laster / als:  
greuliche Gotteslästerung / Hurey / Ehebruch/ und der  
gleichen fürgebracht / dadurch die Christliche Gemeinde zum  
höchsten geärgert/ und gleich alsbald der Christlichen Obrigkeit  
ein stille Leibes - Strafe/ vermöge der Rechte und unserer  
aufgerichteten Constitution, vormöthen &c. item §. Was  
aber sonst Gebrechen und Mängel der Kirchen-Diener Per-  
son / und die Verrichtung ihres Amts/ auch ihrer selbs/ /  
und derselben Weib und Kinder/ Leben und Wandel be-  
trifft/ da es nicht grobe Laster/ so unmachlich / vermöge  
unserer Constitutionen und Policey - Ordnung/ gestrafet  
werden sollen / sondern solche Sachen seyn/ dadurch die Ge-  
meinde Gottes wohl auch geärgert/ aber doch entweder  
ohne Vorsatz geschehen/ oder sonst durch Fleisch und  
Blut übereilet/ die auch durch sie wohl abgeschaffet und  
gebessert werden mögen/ also / daß um solcher Gebrechen  
willen/ die gleichwohl nicht zu gedulden/ die Kirchen - Die-  
ner ihres Dienstes nicht alsbald zuentscheiden/ Sollen in de-  
nenselben/ nach der Lehre Christi / Matth. 18. die gradus  
admonitionum nachfolgender Gestalt gehalten werden/  
dass

daß der Pfarrer / Kirchen- und Schul-Diener / er sey un-  
treu / unsleißig in seinem Amte / Lebens / unleidliches Aer-  
gerniß / für sich selbst / oder auch sein Weib und Kinder / be-  
schuldig oder verdächtig / soll er deshalb für das erste mahl  
durch seinen ordentlichen Visitatorem freundlich erinnert / ge-  
straffet / und zur Besserung vermahnet werden / So nun der  
Kirchen- und Schul-Diener solches zugesaget / aber nicht er-  
folget / und das Aergerneß je länger je ärger bey der Gemeine  
worden / soll er vor das andere mahl vor den Superintendenten / in Gegenwart seines ordentlichen Visitatoris, oder  
da der Superintendent selbst Visitator an diesem Ort / in  
Gegenwart seiner Diaconorum, erfordert / und mit Ernst  
zur Besserung vermahnet werden. Wenn aber auch auf solche  
andere Vermahnung das Aergerneß bey ihm nicht abgeschaf-  
tet / und der Superintendent solches berichtet / soll er es  
nicht lange ansehen lassen / sondern was mit gedachter Person  
durch den Adjunc tum, und ihn / den Superintendenten / ge-  
handelt / zum Consistorio berichten / damit er daselbst hin erfor-  
dert / und für das dritte und lezte mahl mit besondern Fleiß  
und ernstlicher Bedrängung zur Besserung vermahnet / und da  
dieselbe auch nicht erfolget / und deshalb von ihm weiter  
Klage oder Bericht einkommen / er seines Dienstes hiermit  
entsehet seyn soll / confer. LAYMANN Theolog. moral. Lib.  
1. Tr. 5. P. 3. C. 5. n. 2.

## §. XXVII.

*Solennia  
degradatio-  
num.*

*Exemplum  
uerbalis de  
gradationis.*

Ipsa degradatio variis absoluitur solennitatibus, verba-  
lis quidem nuda sententia, hujusque publicatione.  
Eiusmodi sententiae exemplum refert ex schedis B. D.  
JOH. HENRICI MELICH. DN. HILLIGER in disserta-  
tione de foro Clerici delinquentis, §. 8. sequentis tenoris:

No5

Nos, JOHANNES PHILIPPUS D. G. Sacrae Mogunt. sedis Archi-Episcopus, S. R. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius &c. de Consilio & assensu uenerabilium Dominorum a Capitulo nostro Metropolitanu Moguntinensi ad hunc actum specialiter deputatorum Coniudicu, vide-  
licet Du. JO. ab HEPPENHEIM, condicte a SAAL, prae-  
fatae nostrae Ecclesiae Decani, CAROLI HENRICI, D. Baro-  
nis a METTERNICH, Scholastici, VITI CHRISTOPHORI  
FVCHS a DORNHEIM, Cantoris, THEODORICI CASPA-  
RIS Baronis a FVRSTENBERG Senioris, & IO. WILHELMII  
WOLFF, Baronis a METTERNICH, condicte de GRACHT,  
Canonicorum, Capitularium, in causa inquisitionis contra  
PHILIPPVM LUDOVICVM Baronem de REIFFENBERG,  
Clericum Moguntinum, prachabita deliberatione uariiorum  
Jurisperitorum, sic pronunciamus: Quia nobis evidenter,  
legitime, & ex confessione Tua spontanea constat, Te for-  
nicationes cum multis, secuta quandoque imprægnatione,  
& imprægnotarum despontatione, præcedente non raro le-  
nocino, accidente non semel graui impudentia, insuper stu-  
pra plurima maxime tenellarum uirginum, non semper ma-  
turarum, etiam uolentia circa Tibi subditas & alienas ad-  
ulteria aliqua, incestus cum matribus & filiabus, semel in-  
super adulterio stuproque concurrentibus, ut dubium fuer-  
it, an propriam filiam non cognoueris, nec non raptum  
alterius pupillæ Tuae, criminis seu flagitia multis annis  
commisisse & continuasse, sacris legationibus infideliter ab-  
usum fuisse, contra mentem delegantis in opprobrium uere-  
cundiae & castitatis, ut & religionis catholicae, grauemque  
de haeresi & schismate suspicionem præbuisse, quae non  
solum grauia, uerum etiam scandala & damnabilia sunt;  
Idcirco ab omni ordine & Priuilegio clericali te sententio-  
naliter diximus depонendum, beneficiis ecclesiasticis omni-  
bus, nec non gratiis priuandum, teque toto uitae tempore  
penitentiali carceri mancipandum, & in expensas conde-  
mnandum esse, decernimus, prout deponimus, priuamus,

D

tham-

*zuamque personam carceri pænitentiali perpetuo addicimus,  
& in expensas condemnamus. Publ. Mogunt. anno 1668.  
die vero Mensis Maii 18.*

JOHANNES PHILIPPVS.  
JOHANNES A HEPPENHEIM.  
CAROLVS HENRICVS, dictus A  
SAAL.

BARO A METTERNICH.  
THEODORVS CASPARVS DE  
FVRSTENBERG.  
VITVS CHRISTOPHORVS FUCHS A  
DORNHEIM.  
JOH. WILHELM WOLFF, COND.  
A METTERNICH.

### §. XXVIII.

*Ahnd Ex-  
emplum.* Referri hoc etiam potest sententia, quae contra Su-  
perintendentem Generalem Onoltzbachensem,  
D. CHRISTOPHORUM CHRISTIANUM HAENDEL,  
sub die 22. Sept. anno 1719. a CANCELLARIA lata ac pu-  
blicata est, sequentem in modum:

Auf gerichtliche nothdürftige Untersuchung/ eingezogene  
beglaubte Kundschafft/ beschene Confrontation mit einis-  
gen Complicibus, vorgelegte Documenta probatoria und  
deren Recognition, und der Sachen wahrhafften Erfah-  
rung und Befindung/ auch hierauf vollführte Detension, so  
deshalben alles/ nach laut Kaiser Carl des fünfften/ und des  
Heil. Reichs/ dann der Hochfürstl. Brandenburgischen pein-  
lichen Hals-Gerichts-Ordnung geschehen ist/ wird nachein-  
geholtzen Rath zweyter auswärtig unpartheiischen Juristen Fa-  
cultäten/

cultäten / nach nochmählicher reisser Überlegung / endlich zu  
Recht erkannt:

Nachdem D. Christoph Christian Händel / gewesener  
General - Superintendent allhier zu Onolzbach / wieder des  
regierenden Herrn Marggrafen Hoch - Fürstl. Durchl. &c.  
verschiedene Schmäh - und Läster - Schriften ausgestreut /  
und dieselbe dadurch an Dero Fürstl. Hoheit / auch Person /  
Ehre / und Regierung freventlich angetastet / und als einen  
ungerechten Tyrannischen Fürsten in viele Wege zu diffa-  
miren gesucht / auch sonst vielfältig schwerer Verbrechen /  
sich schuldig gemacht hat ; Als wäre er / wegen solch begange-  
ner Missethaten / sich selbst zur wohlverdienten Straff / andern  
aber zum Exempel / Abscheu und Warnung / nach vorherge-  
gangener gewöhnlicher Degradation , zufolge der strengen  
peinlichen Rechte / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode  
zubringen ; Alldieweil aber höchstgedachte Sr. Hoch - Fürstl.  
Durchl. Gnade für Recht ergehen lassen ; Als wird seines  
Händels / Nahme aus dem Ordinanden- und Kirchen-Diener-  
Büchern ausgestrichen / und er seiner Ehre hiermit entsezt /  
auch so fort mit ewiger Gefängniß belegt / und darinnen mit  
nothdürftig / jedoch geringer / Alimentation aus seinen eige-  
nen Mitteln unterhalten / auch ist er die so wohl auf seine  
bisshereige Verpflegung / als Inquisition und Bestrafung / ver-  
wandte / durch eigene Schuld gehäusste / Untosten zuerstatzen  
schuldig / die von ihm / Händel gemachte und edirte / oder auch  
nur disseminirte Pasquillen und Schmäh - Schriften aber  
werden zu deren Abolition , und andern / solche nicht zu he-  
gen / zur Warnung / durch den Scharff - Richter öffentlich  
verbrennet. Von Rechtswegen. Signatum unter hervorge-  
druckten Hoch - Fürstl. Canzley Insiegel. Onolzbach den  
D 2 22. Sept.

22. Sept. 1719. Addantur B. BEYERI Addit. ad CARPZ. JURISPRUD. CONSIST. Lib. 3. Def. III. ubi aliud exemplum fistitur.

### §. XXIX.

Degradatio, Plura uero, eaque majoris momenti, requisita, D E-  
actualis, et-  
iam sen-  
tentiam  
praece-  
dem-  
tem, cum  
causae co-  
gnitione  
latam, re-  
quirit.  
Exemplum.

GRADATIO, quae actualis, seu realis, dicitur, praescripta habet. Equidem ad hanc etiam desiderari sententiam, ex antecedenti cause cognitione latam, rite que publicatam, patet pro parte ex Historia JOHANNIS HUSSI, Martyris, quam Jenae 1698. Dissertatione quadam speciali M. WILHELMUS SEYFRIED depinxit, ibique p. 99. ejus sententiae tenorem refert sequenti ratione:

Sacra sancta Synodus Generalis Constantiensis, Ecclesiam catholicam repreäsentans, in Spiritu Sancto legitime congregata ad perpetuam memoriam. Quia teste ueritate, arbor mala fructus facere malos consuevit, hinc est, quod Vir damnatae memoriae Johannes Wicleff, sua mortisera doctrina non in Christo Iesu per Euangelium, ut olim sancti Patres, filios genuere, sed contra Christi salutarem fidem, uelut radix uirulenta, plures genuit pestiferos filios, quos sui peruersi dogmatis reliquit successores: aduersus quos haec sancta Synodus Constantiensis, tanquam uepres nociuas, cura peruigili, & cultro authoritatis Ecclesiasticae resēcare, ne serpent in perniciem aliorum, allaborat. Cum itaque insacro generali Concilio, nuper Romae celebrato, decretum fuerit, doctrinam damnatae memoriae Joannis Wicelli damnandam esse, & libros ejus hujusmodi doctrinam continentibus, tanquam haereticos, comburendos,

¶

& hujusmodi decretum sacra auctoritate Concilii fuerit  
approbatum, nihilominus quidem Johannes Hus in hoc  
sacro Concilio personaliter constitutus, non Coristi sed Jo-  
hannis Wicelli Haeresarchae discipulus, post & contra da-  
mationem, & decretum praedictum Articulos Wicelli  
ab Ecclesia Dei & a certis olim reverendissimis in Christo  
Patribus, Dominis, Archi-Episcopis, Episcopis, diuero-  
rum regnorum & Magistris in Theologia, plurium studio-  
rum, condemnatos, dogmatizauit, afferuit, praedicauit,  
praesertim condemnationi Scholasticae ipsorum articulorum  
Wicelli factae pluries in Uniueritate Pragensi, cum suis  
complicibus, in Scholis & publice in praedicationibus resi-  
stendo, ac ipsum Wicelli, virum catholicum & Doctorem  
Euangelicum, in fauorem ejus doctrinae, coram multitudine  
Cleri & populi declarauit. Certos etiam & plures  
catholicos, merito condemnabiles, tanquam haereticos afe-  
runt & publicauit, qui in libris ejusdem Johannis Hus  
notorie continetur. Quapropter prius plena informatio-  
ne, de praemissis, & diligentie deliberatione Reuerendorum  
in Christo Parrum & Dominorum, Sanctae Romanae Ec-  
clesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archi-Episcoporum,  
Episcoporum, & ceterorum Praelatorum ac Doctorum  
Sacrae paginae, & Juris Utriusque in multitudine copio-  
sa, hoc sacrosanctum Concilium Constantiense declarat, &  
definit articulos supradictos, qui habita collatione reperi-  
sunt in libris ejus propria manu-scriptis, & quos idem Jo-  
hannes Hus in publica audientia coram hoc S. Concilio con-  
fessus est, esse in suis libris, non esse catholicos, neque esse  
dogmatizandos; sed ex eis plures esse erroneos, alias scan-  
dalosos, alias piarum aurium offensuos, plures que esse te-  
merarios & seditioneos, & nonnullos eorum esse haereticos.

& jam dudum a sanctis Patribus & generalibus Concilii reprobatos & damnatos. Et cum supra dicti articuli expresse contineantur in libris ejusdem Johannis Hus, ideo omnes illos libros, quos scripsit in quocunque idiomate, uel si ab aliis translati sunt, hoc Sacro-Sanctum Concilium damnat & reprobat, ipsosque comburendos solemniter & publice in praesentia Cleri & populi in Civitate Constantiensi, & alibi, decernit & definit, adjiciens propter praemissa, omnem illius doctrinam merito esse spemnendam & ab omnibus Christi fidelibus exitandam. Et ut de medio Ecclesiae illa pernicioса doctrina eliminetur, haec Sancta Synodus prorsus jubet, per locorum ordinarios, tractatus & opuscula hujuscemodi per censuram Ecclesiasticam diligenter inquiri, & reperitos ignibus concremari. Si quis autem hujus sententiae & decreti contemtor extiterit, statuit eadem Sancta Synodus, per locorum ordinarios, & inquisidores haereticae prauitatis, contra talem, ueluti suspectum de haeresi, procedere. Facta igitur inquisitione contra praefatum Johannem Hus & habita plenaria informatione per Commissarios & Doctores Utriusque Juris, & per dicta testium fide dignorum & plurium, quae ipsi Johanni Hus palam lecta fuerunt coram Patribus & Praelatis hujus sacri Concilii, per quae dicta testimonia constat, eundem Johannem Hussen multa mala, scandalosa, seditionis, & periculosa haereses dogmatizasse, & per multorum annorum circula praedicasse : Sacrosancta Synodus haec, & in Spiritu Sancto legitime congregata, Christi nomine inuocato, per hanc sententiam, quam profert in Scriptis, definit, pronunciat, decernit, & declarat, Johannem Hus fuisse & esse uerum manifestumque haereticum, ipsumque errores & haereses dudum ab Ecclesia

clesia Dei condemnatos, & plurima scandalosa piarum au-  
rium offensiva, temeraria & seditiosa publice praedicasse,  
non immodecam offensam diuinae Majestatis, ac Uni-  
uersalis Ecclesiae scandalum & fidei Ecclesiae detri-  
mentum, claves Ecclesiae, & ecclesiasticas censu-  
ras vilipendisse, in quibus per annos plurimos per-  
sistit, animo penitus indurato, Christi fideles per suam  
pertinaciam multum scandalizans, cum appellationem ad  
Dominum IEsum Christum, tanquam ad supremum Judi-  
cem, omisis Ecclesiasticis mediis, interposuit; in qua mul-  
ta falsa & injuria petiit, & scandalosa, ipsius sedis A-  
postolicae censorum & clauium in contemnum. Id circa  
propter praemissa & alia plura, praefatum Johannem Hus  
haereticum fuisse, pronunciat haec sacrosancta Synodus,  
& tanquam haereticum judicandum & damnandum ju-  
dicat praesenter, & dictam appellationem, tanquam inju-  
riosam & scandalosam, & illusoriam jurisdictionis Eccle-  
siasticae reprobando, ipsumque Johannem Hus populum  
Christianum, maxime in Regno Bohemiae, in praedica-  
tionibus suis publicis & scripturis per eam compilatis, se-  
duxisse, ac ejusdem populi Christiani non ueracem praedi-  
catorem Euangelii Christi, secundum expositionem sancto-  
rum Doctorum, sed fuisse uerius seductorem uerum: quia  
per ea, quae haec sacrosancta Synodus uidit & audiuit,  
cognovit eundem Johannem Hus pertinacem & incorri-  
gibilem, & adeo totaliter, quod non cupiebat ad gremiu-  
m sanctae matris Ecclesiae redire, neque haereses & er-  
rores per eum publice defensatos & praedicatos uelle ad-  
jurare. Id circa hoc sacrum Concilium Constantiense eun-  
dem Johannem Hus ab ordine Sacerdotali & aliis ordini-  
bus, quibus exiit, insignibus deponendum & degradan-  
dum

dum fore, declarat & decernit, committens nihilominus  
Reuerendis in Christo Patribus: Archi- Episcopo Medio-  
lanensi, Feltrensi, Astensi, Alexandrino, Pagarensi, &  
Vavrensi Episcopis, ut in praesentia hujus sacrosanctae Sy-  
nodi dictam degradationem, secundum quod ordo juris re-  
quirit, debite exequantur.

## §. XXX.

*Solennia  
degrada-  
tionis actu-  
alis.*

**I**psa autem solemnia in actu degradationis adhibenda  
sistuntur a BONIFACIO VIII. in CAP. II. de pénis  
in 6to. sequentem in modum:

*Actuallis nero sive solennis cœlestis militiae militis, id  
est clericis degradatio, quum ad eam fuerit procedendum,  
siet, ut exauctoratio ejus, qui militiae deseruit armatae,  
cui militaria detrahuntur insignia, sive a militia remo-  
tus castris rejicitur, priuatus consortio & priuilegio milita-  
rii. Clericus igitur degradandus uestibus sacris induitus,  
in manibus habens librum, uas, uel aliud instrumentum  
seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet  
in officio suo solenniter ministrare, ad episcopi praesentiam  
adducatur; cui Episcopus publice singula, sive sunt uestes,  
calix, liber, seu quaerius alia, quae illi juxta morem or-  
dinandorum clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fue-  
rint tradita seu collata, singulariter auferat, ab illo uesti-  
mento seu ornamento, quod datum uel traditum fuerat  
ultimo inchoando & descendendo gradatim degradationem  
continuet, usque ad primam uestem, quae datur in col-  
latione tonsuræ, tuncque radatur caput illius seu rondea-  
tur, ne tonsuræ seu clericatus uestigium remaneat in eo-  
dem. Poterit autem Episcopus in degradatione hujusmo-  
di uii uerbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quae in  
colla-*

collatione ordinum sunt prolata, dicendo presbytero haec uel similia uerba: Auferimus tibi uestem sacerdotalem & te honore sacerdotali priuamus: sicque in remotione reliquorum insignium similibus uerbis utens in ablative ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infra scripto, uel alio simili modo pronunciet, siue dicat: Auditoriate Dei omnipotentis Pairis, & Filii, & Spiritus Sancti ac nostra, tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio clericali.

### §. XXXI.

**E**xemplum hujusmodi degradationis solemnis habet *Exemplum* mus in LIBRO SENTENTIARUM INQUISITIO-  
NIS THOLOSANAE fol. 157. in JOHANNE PHILIBER-  
TO Presbytero, qui Valdensium communioni se ad-  
junxerat, quemque jussu Papae Archi-Episopus Tholo-  
sanus (quoniam Episcopus Auxitanus, cuius Dioecesi sub-  
iectus erat, obierat) praefentibus aliis Abbatibus, Prae-  
latis, aut eorum Vicariis, omnibus suis ordinibus de-  
gradatum Curiae seculari tradidit. Postquam enim  
constitutus fuit in uestibus sacerdotalibus, omnia illi or-  
namenta, certis quibusdam adhibitis uerbis, ablata sunt.  
**CALIX & PATENA:** Auferimus tibi calicem & pate-  
nam, teque exuimus & priuamus officio & potestate offerendi  
Deo sacrificium & missam quamlibet celebrandi. **STOLA SA-  
CERDOTALIS:** Auferimus tibi orarium, siue Stolam sacer-  
dotalem, cum jugum Domini suave repraesentatum in illa por-  
tare contemseris, & Stolam innocentiae obseruare. **D A L-  
MATIC A:** Auferimus tibi Dalmaticam, Diaconalis officii or-  
namentum, cum ipsam non portaueris in indumentum laetitiae  
& uestimentum salutis. **L I B E R E U A N G E L I O R U M:** Au-  
ferimus

serimus tibi librum Euangeliorum, teque in Ecclesia DEI le-  
 gendi officio & potestate exuimus & priuamus. **STOLA DI-**  
**ACONALIS:** Auferimus tibi Stolam Diaconalem, teque exu-  
 imus & priuamus potestate, Diaconale officium exercendi. **CAL-**  
**LIX, PATENA, URCEOLOUS, AQUA, MANILE, MA-**  
**NUTERGUM:** Auferimus tibi Calixem, Patenam, Urceo-  
 lum, Aquam, Manile, Manutergium, Subdiaconatus officii in-  
 strumenta, teque illorum usū exuimus & priuamus. **TUNI-**  
**CA SUBDIACONALIS:** Auferimus tibi Tunicam, Subdia-  
 conalis officii ornamentum, cum illa usus non fueris ad iusitiam  
 & salutem. **MANIPULUS:** Auferimus tibi Manipulum,  
 Subdiaconatus officii ornamentum, teque exuimus & priuamus  
 ministerio, designato in illo. **LIBER EPISTOLARUM:** Au-  
 ferimus tibi Librum Epistolarum, teque exuimus & priuamus po-  
 testate legendi eas in Ecclesia sancta DEI. **GERAFERARI-**  
**UM:** Auferimus tibi ceraserarium, teque exuimus & priua-  
 mus officio luminaria in Ecclesia accendendi. **URCEOLOUS:**  
 Auferimus tibi urceolum, ne de caetero eo utaris ad suggeren-  
 dum unum & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi. **LI-**  
**BER EXORCISMORUM:** Auferimus tibi Librum Exorcis-  
 morum, teque priuamus & exuimus potestate, manus superener-  
 gumenis, siue baptizatis, siue catechumenis imponendi. **LIBER,**  
**CUM QUO FUIT LECTOR:** Auferimus tibi Codicem, quem  
 cum lectoratus ordine suscepisti, teque exuimus & priua-  
 mus potestate illum legendi de caetero in Ecclesia sancta D E I.  
**CLAVES:** Auferimus tibi Claves Ecclesiae, teque exuimus  
 & priuamus officio & potestate custodiendi res, quae ipsi clau-  
 ibus recluduntur, & portas etiam Ecclesiae aperiendi, siue clau-  
 dendii. **AUTORITATE DEI OMNIPOTENTIS PATRIS, & FILII, & SPI-**  
**RITUS SANCTI, AC ETIAM POTESTATE, NOBIS, UT PRAEMITTITUR, IN HAC**  
 parte commissa, auferimus tibi habitum Clericalem, & te ab  
 omni sacerdotali & also quolibet ordine deponimus, ac etiam de-  
 gradamus, teque spoliannus & exuimus ab omni honore, bene-  
 ficio

ficio, ac privilegio Clericali: & nihilominus pronunciamus &  
dicimus nobili Viro, Domino GUIARDO SENESCHALLO,  
THOLOSANO, hic praesenti, ut te in forum recipiat de-  
gradatum: Ipsum tamen instanter requirimus & rogamus, ut  
circa moris periculum & membra mutilationem, suam circa te  
sententiam moderetur. Praeterea caput Clerici deponen-  
di tondi solet, & manus uitro radi, uel ferro, priusquam  
recipiatur a curia seculari, ut tollatur unctio, facta in  
ordinatione. Confer. PETRUS SUAUIS in His. Concilii  
Trident. Lib. IV.

## §. XXXII.

Degradationem Viri de Ecclesia Christi bene meriti,  
JOHANNIS HUSSII Martyris, supra laudatus M.  
Wilhelm Seyfriedt in dissertatione sua Historica, de  
JOHANNIS HUSSII Oria, Educatione, Studiis, Doctrina,  
Vita, Morte, & Scriptis, §. 14. p. 102. sequentem delineauit  
in modum:

Ponebatur HUSSIUS noster in locum erectum, & ad-  
monebatur, ut se uestibus, in trunco jacentibus, indueret,  
ac si missa celebranda foret. Fecit, quod mandarunt, appre-  
hendit Stolani his uerbis: JESU Domine, mi Redemtor,  
tu etiam, cum ab Herode ad Pilatum ducereris, in alba  
ueste ludibrio habitus fuisti; quae uerba semper repebat,  
donec omnibus uestibus circumcinctus. Ad haec ad ipsum abi-  
runt Archi-Episcope Mediolanensis, Petrensis, Astenensis, Ale-  
xandrinus, Bagarenensis, & Vausensis, ipsum adhuc semel uerbis  
salutantes, ut sententiam suam mutare, doctrinæ impias renun-  
tiare, saluui sua consilere non denegaret. HUSSIUS, se ad  
populum stetens, talia effatus uerba: Hi Domini Episco-  
pi me perhortantur, ut coram uobis omnibus confite-  
ar, me errasse. Quod si res sic le haberet, ut cum ho-  
minis alicujus infamia fieret, fortassis facilius mihi per-

fuaderent ; Nunc uero in conspectu DEI mei uersor, fine cuius summa ignominia & conscientiae meae approbatione facere nullo modo possum ; nunquam enim quicquam docui & dixi istorum, quae contra me falso proposita sunt, iis uero semper contraria sensi, scripsi, docui, praedicaui. Quo ore denique cœlum ipsum aspicere, qua fronte eos, quos docui, quorum magna est multitudo, uidere possem, si per me accideret, ut, quae eis haec tenus certissima fuerant, incerta essent ? Tot me animas, tot conscientias firmissimis scripturæ sententiis, & Evangelii Domini nostri IESU CHRIS TI doctrina purissima imbutas, & contra omnem impetum Sathanæ munitas, me hoc exemplo perturbatas reddam ? Non faciam, neque committam, ut hoc corpus morti destinatum, pluris, quam illorum salutem, fecisse uidear. *Quia igitur mandatis obtemperandi abnuebat, descendere jussus est, & ad ipsum Episcopi appropinquarunt, ad actus degradationis incipiendos.* Primo autem acceperunt Archi-Episcopus Mediolanensis, nomine Nicolaus, & Bisontinus, qui HUSSIO calicem in manu tenentem eripuerunt, hanc tetram imprecationem adjicientes : O Juda maledicte, qui deserens consilium pacis, iniisti consilium cum Judaeis ! Auferimus a te, tanquam ab indigno, calicem redemptionis. JOHANNES HUSSIUS autem intrepida uoce exclamauit : Ego confido DEO omnipotenti Patri, Saluatori meo Iesu Christo, pro cuius nomine haec patior, certoque sum persuasus in animo, quod Ipse calicem redemptionis non auferat, sed potius cum ipso in regno cœlesti bibiturus ero. Alius continebat, exuens plorans ; aliud aliud, ubi semper apud quenlibet habitum sacerdotalem turpisimas & suspendas imprecations apponebant, ad quas Nostræ dicta resulit haecce : Omnia illa lubenti & constanti animo propter ueritatem

ueritatem & nomen IESU CHRISTI perfero & patior,  
 qui a Judaeis majoribus calumniis oneratus, & foediori-  
 bus verbis laceritus est. Nihil magis restabat, quam caput  
 ejus rasatum, quod nonnulli Episcopi nouacula, alii forfice, de-  
 tondere uolebant; Hinc rixa inter illos est exorta, & conue-  
 nire statim non poterant. Haec inter HUSSIUS ad Impera-  
 torem faciem direxit: Miror, dicens, cum omnes crudeles sint,  
 in ipsa diritate convenire non posse. Denique tamen forfice  
 rasuram capitum in quatuor partes ad speciem crucis secesserunt,  
 his uerbis: Jam hoc sacrum Constantiensis Concilium,  
 JOHANNEM HUSSIUM ex ordine sacerdotii ac mune-  
 re praeclaro, quo exornatus fuit, remouit, ea re decla-  
 rans, quod hominem hunc templum atque Ecclesia  
 DEI abdicauerit, ac destitutum suo praesidio potestati  
 seculari tradiderit. Ultimo coronam ex Papyro fastam ad  
 speciem Piramidis fastigiat, cubitali ferme longitudine assume-  
 bant, in qua horrenda specie tres diaboli depicti & efformati e-  
 rant, cum inscriptione: HAERESIARCHA. Hanc coronam ui-  
 dens HUSSIUS, alta erumpente voce: Dominus meus IESUS CHRISTUS longe asperiorem spineamque coronam,  
 propter mea peccata & facinora maxima, innocenter  
 terre debuit, quare ego miser peccator hanc leuorem,  
 quamvis ignominiosam, ferre recusarem? Hanc coronam  
 imponerant Episcopi istius capituli, hoc stupendum & inauditum  
 adjicientes anathema: Nos commendamus animam tu-  
 am diabolo. Ad haec HUSSIUS, manibus complicatis,  
 supplex in genua procidens, cœlumque adspiciens, ingemiscet:  
 Ast ego commendabo animam meam benignissimo DN.  
 IESU CHRISTO, meo unico Saluatori. Hac degradatio-  
 ne finita, Episcopi se ad Imperatorem conuertebant, dicentes:  
 Haec sacrosancta Synodus Constantiensis JOHANNEM  
 HUSSIUM, qui in Ecclesia DEI nihil magis habet offi-  
 ciū & negotii, iudicio & potestati ciuili relinquit. Sur-  
 rexit Imperator, & ad Duxem Bauariae, LUDOUICUM, pe-

nes ipsum gladium in manu tenentem sic loquebatur : Quoniam nos habemus gladium, sumite hunc maledictum haereticum, & poena haereticis digna afficite. Hic uocauit judicem Constantiae urbis, eumque tradidit, inquiens : Nomine Imperatoris SIGISMUNDI, nostri Domini, sumite JOHANNEM HUSSUM, haereticum maximum, & igne coasumite corpus suum. Qui mandato obtemperans lictores duos ante HUSSUM, duos post ipsum, duos uero viros Ducis LUDOUICI milites juxta nostrum, illum pendibus manibusque constrictum tenentes, ambulantes, collocauit, & caterua concomitanter 3000. militum armatorum, ad supplicium locum duxit.

Plura exempla degradationum uid. penes B. LUTHERUM TOM. JENENS. Germ. III. fol. 418. B. HORNIUM ad SCHILTERI INSTIT. JUR. CAN. Lib. I. Tit. 19. §. 15. uerb. adhibitis.

### §. XXXIII.

*Causas solennitatum praescriptrarum.*

Haud pauci sunt, qui existimant, Jure Canonico propterea ad degradationem, soleniter conficiendam, tot, tamque uarios, requiri ritus, ut ob difficultatem, sumtuumque, non exiguorum, erogationem, rarissime peragi possit, quo quidem pacto non potest non accidere, ut sceleratissimi etiam Clerici saepius capitali de supplice detrahantur. Vid. PETR. SUAU. Hist. CONCIL. TRIDENT. Lib. IV. Id ne contingeret tam saepissime, Principes Germaniae in Grauaminibus, Norimbergae anno 1520. Pontificis Oratori exhibitis, certum quendam modum, eumque restrictum, harum solennitatum intolerabilium, serio exegerunt, uid. HORTLEDER. de bello Germ. Lib. I. C. I. n. 56. seqq. ubi sic: Es ist denen Erz-Bischöffen und Bischöffen etlicher massen ohne beständigen Grund verbothen / daß dieselbe Geweihe nicht öffentlich straffen dorßsen / sie seyn denn vor degradiret/ wel-

*Principes Germaniae laborarunt de refringendis his solennitatibus.*

welches denn mit so grossen Kosten und Gepränge gehan wers  
den mußt daß es gar Wunder selten geschehet. Sed parum Nihil obti-  
nuerunt.  
effecerunt, aut nihil sere consecuti sunt; namque in  
**CONCILIO TRIDENTINO**, habita Patribus & bene  
longa & satis litigiosa disputatione, tandem decretum  
fuit, in ritu exauctorationis nihil innouandum, sed dif-  
ficultati conueniendi tantum, & sumtibus quodammodo  
parcendum esse, *in Sess. 14. de Reform. C. 4.* PE-  
TRUS SUAV. in *HIST. CONCIL. TRIDENT. d. l.* In *GALLIA* In Gallia  
degradatio  
baud raro  
omittitur.  
vero, licet clericos eximie uenerentur Galli,  
& summa coalent obseruantia, nihilo tamen secius eos,  
grauioris delicti reos, a Judice laico, neglecta degrada-  
tionis solennitate, minime raro capit is pœna plexos  
fuisse, testantur Galli *JCTI RENATUS CHOPPINUS*  
*de sacra Polit. Lib. 2. Tit. 3.* item *ANTONIUS MORN-  
CIUS ad Auth. Clericus, C. de Episc. & Clericis.*

### §. XXXIV.

**N**ostris in terris, & quidem inter Augustanae Confes- Degradationis fo-  
lennitatem  
an inter  
Augustanae  
Confessioni  
addictus in  
auct. sit?  
sioni addictos, peculiarem solennitatem in depo-  
nendis clericis, Ecclesiaeque ministris, non adhiberi so-  
lere tradit *CARPZOVIUS IN JURISPRUD. CONSIST.* *Lib. III. Def. 17. n. 9.* Licet vero cum B. STRYCKIO  
ad BRUNNEM. *JUS ECCLES. Lib. II. cap. 19. §. 4.* ad di-  
verb. *per actualem sacrorum instrumentorum ablacionem p. 599.*  
facile demus, in terris nostris, & apud eos, qui Augu-  
stanae Confessioni subscripterunt, degradationem neces-  
sitatis amplius haut esse; quam plurima tamen nume-  
rantur exempla, eorum, qui & Euangelicos inter, ad  
mortem condemnati, uestibus clericalibus, quibus induti  
erant, solenniter spoliati prius fuerunt, & denudati or-  
natu, quam ad supplicium traherentur. Hujus solen-  
nitatis obseruantia id effici, dicit B. STRYCK. c. l. ut di-  
gnitas

gnitas ordinis clericalis integra, intacta, illibataque maneat, quamuis DN. THOMASIO ad LANCELLOTTI  
INSTIT. JUR. CAN. L. IV. Tit. IV. §. 3. n. 163. p. 1928. in  
reliquis Papatus numeretur.

## §. XXXV.

*Exemplum.* Pertinet hoc exemplum, quod Lipsiae mensis Julii 1719.  
contigit, atque a DN. de ROHR. im Ober-Sächsl.  
Kirchen-Rechte. L. II. Cap. i. §. 40. sequente in modum  
traditur: Es hatte ein gewisser Priester Eilenburgischer In-  
spection von dem Dorfe Battau bey seinem Chlosen Leben  
allerhand Schande und Laster in Fleischlichen Lüsten verübet/  
und war darüber in Inquisition gerathen/ da es nun mit  
ihm so weit gekommen/ daß eine Leibes-Straße an ihm voll-  
zogen werden solte/ So mußte vorher auf Allergnädigste Ver-  
ordnung von Thro Königl. Maj. in Pohlen  
und Thür-Fürstl. Durchl. zu Sachsen/  
der geweihte Character des ermelbten Inquisiti auf  
soleinne Art abgethan werden. Diesemach ward den  
7. Julii fruh vor 6. Uhren der Degradandus durch den Amts-  
Land-Knecht in die Superintendur zu Leipzig gebracht/ ihm  
sein ehemahliger Priester-Habit/ als der Priester-Rock und  
Hälszen über den schwarzen Rock abgelegt/ und nur in der  
schwarzen Veste, in der Unter-Stube der Superintendur  
vorgestellt. In dieser sassen der Superintendent, der da-  
mals lebende D. Johann Dornfeldt/ nebst dem Com-  
missions-Kahe und Creyß-Amtmann/ D. Wagner/ und  
dem Creyß-Amts-Actuario. Auf der einen Seite bey denen  
Fenstern sassen sechs darzu erforderne Geistlichen/ theils aus der  
Stadt/ theils von dem Lande/ auf der andern aber einige  
Consistoriales, und gegen über befunden sich von denen Pa-  
tronen derer dem Degradando ehemahls zugehörigen Kirch-  
Spiele

Spiele ein paar Abgeordnete und Gewollmächtige. In dieser und noch anderer Zuschauer Gegenwart ward von dem Superintendenten dem vor Ihm stehenden Inquisito vor gehalten / wie schändlich er sich in denen Lüsten des Fleisches herum gewälzt / sich dadurch seines Ehren- und Geistlichen Standes verlustig / und hingegen einer schweren Leibes- Strafe werth gemacht hätte. Wann denn vor deren Vollziehung / auf allergnädigsten Befehl des Summi Episcopi , so durch den Creyß-Actuarium abgelesen worden / er vorseho des geistlichen Charaters gänzlich entsehet / und entweihet / der geistl. Berrichtungen / als Predigens / Beichthören / Tauffens / und Sacrament Austheilens / sich Zeit seines übrigen Lebens gänzlich zu enthalten / hiermit ernstlich vermahnet / und zum Zeichen dessen hiermit öffentlich ausgekleidet werden solte ; Als musste der so genannte Bettel - Voigt / oder Kirch - Knecht bey der Nicolai - Kirche hinzutreten / dem Degradando erstlich den Priester - Rock / auch lediglich das Häßgen abnehmen / und darauf ward / daß er lediglich vor einen Läyten zu achten / ausgesprochen. Endlich ward der Degradatus dem Commission - Rath und Creyß - Ammert manne zur Execution der ihm zugesprochenen Leibes - Strafe übergeben / mit angehängtem Wunsche / daß sich dergleichen Abergerniß führö hin nicht weiter ereignen möchte. Da nun hierauf der Commission - Rath mit wenig Worten die zuerkannte Leibes - Strafe zu vollziehen / sich erklähret / So ward der Entkleidete / und blos in der Weste und Huth stehende Priester dem Land - Knecht wieder übergeben / jedoch den Zu lauff des Volks zu vermeiden / in einer Säufste wieder in seine Custodie / und nachhero ins Zucht - Haus nach Waldeheim / gebracht. Ejus generis plura exempla sicutur B. BEYERVS in Addit. ad CARPOVII Jurisprud. Conf. Lib. III. Def. n7. D N. HILLIGER de Foro Clerici delin-

F

quen-

quenam. §. 20. Der Neubestellte Agent de anno 1708. p. 375.  
sqq. Europäische Fama, Part. 299. Rubrica von Dämme-  
mark / p. 893. seqq.

## §. XXXVI.

*An degra-  
datio ipso  
jure fieri  
posset?  
Rationes  
dubitandi  
pro affir-  
mativa  
sententia.*

Vtrum uero Degradatio nonnunquam ipso jure fiat? quaestio est, disquisitione haut indigna. Evidem INNOCENTIVS IV. in CAP. I. §. fin. de homicidio in oto id approbare uidetur. Sacri, inquiens approbatione Concilii statimus, ut quicunque Princeps, Praelatus, seu quaenam alia ecclesiastica, secularisue Persona, quempiam Christianorum praeditos assassinios interfici fecerit, uel etiam mandauerit, quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur, aut eos receptauerit, uel defenderit, seu occultauerit, excommunicationis & depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat sententias ipso facto: & illi libere aliis per illos (ad quos eorum collatio pertinet) conferantur, sit etiam cum suis bonis mundanis omnibus, tanquam Christianae religionis aemulus, a toto Christiano populo perpetuo diffidatus, & postquam probabilibus consideriter argumentis, aliquem scelus tam execrabilis commisso, nullatenus alia excommunicationis, uel depositionis, seu diffidationis aduersus eum sententia requiratur. Referri huc etiam potest CAP. 23. X. de sentent. excommunicat. ubi Sacerdos quidam seditionis a judice seculari, sine praecedente degradatione, fustigatione & patibulo punitus fuit. Adeo, indignum esse, ut illi subueniatur ab Ecclesia, per quem constat uenisse scandalum in Ecclesia, secundum CAP. 2. in fin. X. ne Clerici uel Monachi. Frustra enim inuocat legis auxilium, quilegisl transiit limites, in ipsamque legem peccauit, adeo, ut, quo se fecit indignum, priuilegio immunitatis gaudere non debeat, CAP. fin. X. de immunit. Eccles.

## §. XXXVII.

## §. XXXVII.

**H**aec quamvis se ita habeant, attamen in quaestione Rationes  
decidendi  
pro nega-  
tiva. juris, cum fama communis, quae uitii & culpac inculat clericum, incerta saepe, haud sincera, & fallax deprehendatur, falsa uero ista inculpatio judicem secularem possit decipere, ut protinus inuehere in Clericum non dubitet, hunc ipso jure, ratus, suo exemptum priuilegio, propterea consultius est, ut, donec ueritas criminis ad liquidum explorata sit, judicium formetur non a Magistratu seculari, sed ecclesiastico. Hanc in sententiam pronunciauit *Facultas Juridica Vittembergensis* ad Consultationem *Ministerii Gripswaldensis*, hisce uerbis: *Die weil kein Prediger ohne Erkntniß aus seinem Dienste mag gesetzet werden/ solches Erkntniß doch nicht denen Patro- nis, sondern dem Bischoff derselben Orten/ oder dem Metropolitano zustehet &c.* So haben auch die Stte in Pommern nicht Iug/ ihre Prediger ihres Gefallens zu dimit- tieren/ sondern sind schuldig/ da sie die Prediger nicht zu leiden vermeinen/ die Erkntniß auf das Consistorium zu stellen. **CARPZOV.** in *Jurispr. Conslt. Lib. 3. Def. no. n. 4.* **Confer.** **DEDEKEN.** in *P. 3. Membr. 1. Sed. 1. n. 12. seqq.* fol. 393.

## §. XXXVIII

**F**acta degradatione clericus, ob flagitium commissum Degrada-  
tione facta.  
clericus de-  
pulsus judi-  
cii seculari  
illico tra-  
tuv punien-  
tibus. sacrorum gradu depulsus, illico seculari potestati traditur puniendum. Atque hanc ob causam quoque debet eccl-  
esia pro de-  
gradato ef- actus degradationis in praesentia Magistratus secularis peragitur, ut ipsum, priuilegio exutum, in forum suum statim recipere puniendum possit, **CAP. 27. X. de V. S. dus.** **fol. 393.**

*ficaciter  
intercedere.*

*in quo in-  
tercessio  
consistat?*

*Cur inter-  
cessio prae-  
scripta?*

pro degradato efficaciter intercedere debere, ut citra mortis periculum circa eum sententia mitigetur. Id quod ENGEL ad DECRET. Tit. de Pœnis. n. 14. interpretatur, ut uerbum *efficaciter* non ita sit intelligendum, quasi Episcopus, reum pœna mortis liberare, teneatur & obligetur: Hoc enim si esset, frustra leges ecclesiasticae juberent propter enormia crimina remotum officio sacrorum seculari tradi judicio, ut secundum leges ciuiles puniatur; At intercessio *efficaciter*, i. e. serio & frequenter facienda est, ut ecclesiastica significetur manuetudo, nec Episcopus, degradationem peragens, mortem degradati desiderare uideatur. Pone itaque, Episcopum degradantem, judicem secularem hunc in modum compellare: *Domine judex, rogamus nos, cum omni affectu, quo possumus, ut amore Dei, pietatis, & misericordiae intuitu, & nostrorum interuentu precaminum, miserrimo huic nullum mortis, uel mutilationis periculum inferatis; mentem tamen aliam longe uerba habere uidentur.* Nisi enim judex rogo statim tradaret haereticum degradatum, ipsum forsitan, ut haereticorum fauorem, simile manaret periculum, DN. THOMASIVS ad LANCELL. Lib. I. Tit. 20. n. 298. p. 271. circa fin.

### §. XXXIX.

*Judex secu-  
laris an de-  
nouo de-  
censa ejus  
modi cleri-  
ci cognos-  
cere possit?*

Praeterea, num judex secularis aduersus degradatum clericum, sibi traditum, nouum Processum formare, atque ulterius in delictum inuestigare, deque justitia causae cognoscere possit? omnino in disquisitionem uenit. Id communiter negant Canonistæ, qui Magistratum secularem hac in parte tantum executorem, & potestatis ecclesiasticae quasi ministrum, cui, praeter solam sententiae executionem, nulla cognoscendi copia amplius relicta sit, agnoscent. At enim uero ENGEL da

ad DECRET. n. 15. seqq. distinguit, utrum scilicet crimen, aut mere ecclesiastici, aut mixti fori, a degradato commissum sit; si prius, ulterius cognoscendi copiam judici seculari denegat, sin posterius, concedit. Confer. Nou. 123. Cap. 21. Sed quid? si, facta etiam degradatione, tuam quis docere possit innocentiam, licere id, propterea eo minus dubitamus, quod defensiones non solum fauorabiles adeo sunt, ut, quod Practici dicere solent, ne diabolo quidem denegandae; sed & in Can. Episcopus. 65. Caus. XI. Qu. 3. expresse innocentiae deductione in tantum approbatur, ut dejectus, si innocens postea reperiatur, restituendus sit pristino ordini, cum reali & exteriori traditione ornamentorum, uestium, & rerum, quae in unoquoque ordine tradi solent, & per degradationem erectae sunt, ita, ut e manibus Episcoporum coram altari singulas recipiat, ZOESIUS ad DECRET. L. V. lit. 37. n. 12.

### §. XL.

Varios autem, eosque diuersos, nec leues, effectus depositiones ac degradaciones Clericorum producunt. Nuda enim uerbalis depositio priuat ministerio ecclesiastico, seu functione publica, & simul, ne quis amplius prouentus atque emolumenta percipiat, efficit, ita, ut a die lententiae beneficia cesserint, & si presbyter remotus sit, hic nullum jus celebrandi missam, vel administrandi sacramenta amplius habeat, quod quidem CLAVDIVS FLEVRY in *Inst. Jur. Eccles. P. 3. Cap. 19. §. 1.* ita temperat, ut sacramenta, ab ejusmodi deposito administrata, non prorsus sint invalida, sed presbyter, spreta ecclesiae prohibitione, consecrans, vel administrans, graviter peccet, omnesque, sacris ipsius assistentes, peccati fiant participes. Retinet autem ejusmodi depositus priuilegia clericalia fori & canonis,

F 3

ita,

*Effectus de-  
positionis  
uerbalis*

ita, ut uigore C A N . 29. C . 17. Qu . 4. anathematis arctissimo uinculo teneatur, qui ejusmodi clero uel monacho violentas manus intulerit, cuius explicationem proponit fusius L A Y M A N N V S in *Theologia morali*, L . 1. Tract . 5. P . 2. C . 5. n . 3. seqq.

## §. XLI.

*Acquiesci-  
citur regula-  
riter in de-  
positione  
verbali, nec  
alia pena  
adjudicatur.  
Depositus  
autem ui-  
tam secula-  
rem degere  
non debet.  
Potesit de-  
suo munus  
clericale ei  
demandari.*

*Quid in  
Saxonia?*

Etsi etiam in depositione, seu remotione clericorum regulariter acquelicitur, nec alia poena, praeter depositionem, propter delictum imponitur, D N . DE R O H R , *Ober-Sächs. Kirchen-Rechte* / L . 2. C . 1. § . 39 . p . 336. Jure tamen Canonico, Cap . 7. et 8. Dist . 81. depositus, ut uitam degat secularem, non permittitur, sed monasterio includitur, ut poenitentiam agat, quam, si subire detrectet, excommunicationis fulmine feriri solet, F L E V R Y , d . 1. § . 2. circa fin . Nec dubium, quin ejusmodi officio remoto, acta poenitentia, & insecura vitae frugalitate, moribusque mutatis, denuo munus clericale demandari possit, quo quidem in casu in Saxonie per § . 18. R E S O L V T . G R A V A M . de anno 1661. T I T . Von Consistorial - Sachen sequentia sancta leguntur : Daß diejenigen Kirchen - und Schul - Diener/ so wegen Verbrechung ab officio remouiret / nicht leichtlich/ wie etwan bisher geschehen seyn mag/ ohne sonderbahrre und sichere Bezeugung der Besserung wieder in ein Amt gesetzet/ auch wenn er gleich über seiner Verbrechung Reu und Leide træget/ und von sich wahre Besserung spüren läßset/ dennoch zum wenigsten Bier oder Flüß Jahr/ ihme und andern zu künftiger Warnung und Abschau/ ohne Beförderung gelassen werden solle.

## §. XLII.

*Effectus de-  
gradacionis  
realis.* Plus operatur actualis, seu realis, degradatio. Haec omnia jura ac priuilegia ordinis & clericatus tollit, ut ejusmodi degradatus instar laici habeatur, & potestati ciuili sub-

subjiciatur, uid. GLOSS. in c. 2. de poen. in oto, uerbo, *pri-*  
*nilegio clericali.* JVL. CLAR. Lib. V. sent. §. fin. Qu. 47. n. 1.  
*in not.* quod quidem Canonistae non ita simpliciter conce-  
*Limitantur*  
*dunt, propter characterem indelebilem, quem clericis or- a Canonistis*  
*dinatione tribui afferunt, quemque CONCIL. TRID. Sess. ob charac-*  
*VII. CAN. de Sacram. 9. & Sess. 23. CAP. 4. & CAN. 4. sub rem indele-*  
*bilem.*  
*anathemate inculcasse, perhibent, uid. HULSEM. Breuiar.*  
*CAP. 19. 12. & SUPPLEM. th. 6. seqq. HIST. Concil. Trident.*  
*p. 666.* Unde etiam tres Doctorum sententiae sunt ortae, *Sententiae*  
*1) quod degradationis priuatio totalis ordinis clericalis, 2) Dd. ex hac*  
*saluio charactere, hoc est, facultate fungendi officio sacro*  
*doctrina*  
*absque noua ordinatione, 3) saluio clericatu, h. e. primo*  
*actu fungendi, quae tamen cum media coincidit. DN.*  
*BOEHMER. ad SCHILTERI. Inst. Jur. Can. L. 1. Tit. 19. §.*  
*14. Lit. A.*

## §. LXIII.

*At enim uero characterem istum totum esse commenti-*  
*tium, uel exinde appetat, quod, monente B. HORNIO*  
*ad SCHILTERI. Inst. Jur. Can. L. 1. Tit. 15. §. 6. uerb. cha-*  
*racter indelebilis, in definiendo hoc charactere Romanae Ec-*  
*clesiae Doctores misere defudant, nec certi quid tradere*  
*possunt, uid. B. ZIEGLER ad LANCELL. Lib. II. Tit. 2. p.*  
*304. §. 4. confer. DN. BOEHMER. c. l. Lib. 1. Tit. XV. §. 6. lit. A.*  
*ubi docet, huic doctrinæ BAPTISMUM dedisse occasionem,*  
*simulque differentiae rationes tradit. Accedit, quod, si*  
*character, per ordinem impressus, indelebilis sit, neque*  
*post degradationem Clericus Magistrati ciuili, ex hypo-*  
*thesi Pontificiorum, subjici possit, cum semper maneat charac-*  
*tere sacro signatus, consequenter persona ecclesiastica,*  
*B. ZIEGLER ad LANCELLOTUM Lib. I. Tit. 20. §. 5. uerb.*  
*seculari curiae. Evidem hanc consequentiam DN. BOEH-*  
*MER ad SCHILT. INST. JUR. CAN. Lib. 1. Tit. 19. §. 14. lit. A.*  
*negat per instantiam, Manet, dicens, character Christianismi*  
*in apostata, u. g. circumcisio, qui, si reuersus fuerit, non rebaptiza-*  
*tur, itaque potentia quidem remanet, sed actus uterque, primus*  
*& secundus tollitur.* At enim uero argumentum a baptimate  
*non reiterando ad characterem indelebilem, qui ex ordine*  
*de-*

*Quid de*  
*characterem*  
*indelebili ju-*  
*dicandum.*

deducitur, minime quadrare, ex iis potissimum patet, quae tradit B. ZIEGLER. d. l. L. II. Tit. 2. §. 4. uerb. iterari possunt. Characterem itaque istum indelebilem nostrae Ecclesiae merito tralatitium fictitiumque censem, licet negari nequeat, quaedam adhuc superesse porismata, quae ex illo charactere indelebili fluere uidentur. B. HORN. d. l. ibique citati.

## §. XLIV.

*Ad degra-  
dationis disso-  
lutionem conju-  
gii inter  
Ecclesiam &  
Episcopum?*

*Affirmant  
Canonistae.*


*Negant no-  
strates,  
praesertim  
Zieglerus.*

*Conclusio.*

Inter effectus caeteros degradationis referunt etiam Canonistae dissolutionem conjugii ecclesiam inter & Episcopum, de qua LANCELOTVS in Inst. Lib. I. Tit. 17. §. 2. hunc in modum scribit: *Vidimus huc usque de spiritualis foedere conjugii, quod inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod electione & postulatione initiari, confirmatione ratiscari, consecratione intelligitur consummari.* Tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia remouetur, & sic quomodo tale conjugium praeter mortem dissoluitur. Contingit autem id tribus modis: *Translatione, Renunciatione, & Depositione.* At istud conjugium, ejusque dissolutionem haud immerito iterum inter somnia, & inter futilis commentitiasque sententias refert B. ZIEGLER ad d. l. uerb. de spiritualis foedere conjugii. Dicitur quidem in scripturis minime raro Ecclesia sponsa, sed tantum abest, ut Episcopi, ut potius Sospatoris Christi, sponsa audiat. Hi, qui ab eo mittuntur, ut, per uerbum, & sacramenta, eam in amore diuino continant, ministri tantum, nec sponsi, nec conjuges, sunt, quin potius adulteri uidentur, qui praeter unum seruatorem, conjugium tale affectant, dum ex ministris heros sese efficiunt. Confer. MARCUS ANTONIUS de DOMINIS de REPUBL. ECCLES. Lib. II. C. 7. n. 25. & Lib. 3. C. 6. n. 1. sqq. ubi has exigit aut inceptias, exploitis, atque exibilauit.

## §. XLV.

*R*ei perficiendae deesse ad huc aliqua, quae omnino poterant afferri, nec ignoramus, nec inficiamur. At, cum praeter uoluntatem materies succrescit, ne in Tractatum effundatur Dissertatio, praefenti labori clausulam, iis, quae supersunt, donec alia detur occasio, reseruatis, imponere non dubitamus.







Wittenberg, Diss., 1727 A 50.



3

Sb.



Or. 17. num. 16.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

Q. D. B. V.

DISSTATIONEM IN AVGRALEM IVRIDICAM

DE

J V R E  
DEGRADATIONIS  
CANONICAE

EIVSQVE VSV

IN TERRIS PROTESTANTIVM

OCCASIONE

*Cap. II. de Poenis in VI.*

PRAESIDE

D. IO. GODOFR. KRAVSIO, IC<sub>TO</sub>

INSTIT. IMPER. P. P. SCABIN. ET FAC. IVR. WITT.  
IVDICII ITEM PROVINC. INFER. LVSAT.  
ASSESSORE

*PRO LICENTIA*

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
AC PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE CAPESSENDI

AD DIEM XXVIII. MARTII M DCC XXVI  
IN AUDITORIO MAIORI

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSERVATIS

PUBLICAE CENSVRÆ SVBIICIT

JOHANNES CHRISTIANVS Stahlkopff

ADVOC. IMMATICVL.

WITTENBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

